

LEONARDUS HUNTPICHLER

Österreich (Wien), 1469-1470 Seite 35r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5349
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

de quibus scribitur Jeremie xxv°. Ul
lulate pastores et clamate aspergite
vos cinere optimates gregis quia
completi sunt dies vestri ut interficiamini
et cadatis quasi vasa preciosa. Vide
ant igitur prelati ecclesie et principes
universe terre qui aliis presunt qualiter
commissum sibi gregem verbo pariter
et exemplo regunt instruunt et defen
dunt. Prelati namque habent proximum do
cere et a lupinis hereticorum insultibus
vulpinis quoque fraudibus sagaciter
defensare. Principes vero terre de
bent peccantes corrigere sibi subditis
iudicium et iusticiam facere pupillos
et viduas miserabilesque personas
diligenter protegere nec quemquam in
iustis exactionibus seu molestiis
aggravare. Sciant enim fore scriptum
Sapie vi. Quia iudicium durissimum
in hiis que presunt fiet. Exigua enim